Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Accipite et bibite ex hoc omnis. Ubi uerba xpi
operata fuerint ibi sanguis efficitur qui plebem
redemit. Ergo vide quam potens est sermo xpi
vniuersa conficere. Deinde ipse xpus testatur.
quod corpus suum et sanguinem accipiamus. de cuius
fide et testificatione dubitare non debemus. Xpus
panis est de quo qui manducat viuit in eter-
num. De quo ipse dixit. Et panis quem ego dabo
caro mea est pro mundi vita. Tu Determinat
quomodo sit panis non solum uerbum in quo
viuunt omnia sed secundum carnem assumptam
pro mundi vita. Hy manna enim caro que erat
mortua peccato carni munde vnita incorrupta
vnum cum illa effecta viuit de spiritu eius sicut
viuit corpus de suo spiritu. Qui uero non est de
xpo. non viuit de spiritu xpi. Corpus et sanguinem
dicimus illud. quod de fructibus terre accep-
tum et mystica prece consecratum recte sumi-
mus ad salutem spiritualem. in memoriam dominice
passionis. quod cum per manus hominis ad ipsam
inuisibilem speciem perducatur. non sanctificatur
ut tam magnum sacramentum nisi operante inui-
sibiliter spiritu sancto cum hec omnia que incorporales